

quod fortuna, nobis quondam noverca, impetu sue rote subiugaverat nos omnino, nunc autem tamquam mater diliens vultu amicali nos inspexit nosque vult sue rote superponere, ut speramus, quia cum illo comite ^{a)} de Nazzove ^{b)}, quem rex Romanorum capitaneum super terram nostram ^{c)} Australem constituit, in conflictu casu convenimus ipsumque favente Domino devictum cepimus et captivum ad claustra sibi commissa deduximus ¹⁾, de quibus nobis duo, videlicet Molenwerch et Chremsa ²⁾, sunt ^{d)} presentata. Speramus nos eciam rehabilituros per omnia totam terram et de hoc non turbemini, sed nobis pocius congaudeat, quia si honori ^{e)} pristino fuerimus restituti, ad vestram semper tendimus utilitatem, vestrum et honorem.

XXV (77, fol. 52r)

Landgraf Albrecht antwortet seinen Söhnen: sie hätten sich schändlich benommen, wenn sie aber Reue zeigten, werde er sie wieder in ihre früheren Rechte einzusetzen suchen.

Frühjahr 1298.

[F]requencia excessuum et continua inobediencia filiorum sepe parentes provocat ad tantam indignacionem, quod ipsorum profectui ^{a)} minime intendit et honori. Hinc est, quod vestra stulticia in nobis paterne reverencie non pepercit in eo, quod nos ^{b)} ad nostram terram nullis nostris meritis exientibus spoliis et incendiis et aliis destructionibus sepius inpugnastis nosque, quod peius est, traditione captivastis ¹⁾ propterea, quod terram ^{c)}, que nobis merito cedente iure hereditario ^{XXVII} et eciam feodali [obtingit], in nequicia vestra ^{d)} ire in possessionem ^{II, VIII, XVII} divertimus alienam. Tamen si adhuc velletis paternam reverenciam exhibere, ad vestram utilitatem vellemus diligentissime laborare vosque intendimus reformare hereditati et honori pristino sublevare.

XXIV. ^{a)} so wohl statt quem ^{b)} Nazzova ^{c)} vestram ^{d)} folgt nobis ^{e)} honore

¹⁾ Zur Gefangennahme Heinrichs v. Nassau und zur Rückeroberung der Städte *W e g e l e*, S. 237 f. und oben S. 485 Anm. 102, 103. ²⁾ Vgl. S. 469 Anm. 20.

XXV. ^{a)} profectum ^{b)} vos ^{c)} terra ^{d)} vestre

¹⁾ Die Stelle ist nicht völlig klar, von einer Gefangennahme Albrechts zu diesem Zeitpunkt ist nichts bekannt; offenbar ist captivare hier im Sinne von bedrängen gebraucht (vgl. *Thesaurus linguae latinae* unter captivare I, 2.).